



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 46. Papæ Nicolai III mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIII  
A.C. 1280

bus finitis se a malis suis liberatum  
sperarent. Jactabat terribiles in eo  
minas, quas sæpe non exequabatur, et  
famæ suæ confuleret. Conquerebatur  
autem, quod a primordio ætatis pro  
mico monachorum habitus eos odium  
cogeretur, quippe quos sciret improba  
re suam agendi rationem, vitæque suæ  
finem indagare. Et vero eorum multi  
divinationibus tribuebant fidem. Post  
cum suppliciorum metus libertatem  
quendi tolleret, contra Imperatorem  
ctu spargebantur libelli, per quos ei  
coronæ possessio iniqua objiciebatur.  
Ipse cum authores eorum comperire  
posset, sanctionem edidit, qua morte  
pœnæ addicebatur, quisquis tali cum  
bello deprehensus fuisset. Volebat enim  
ut ille, qui aliquod tam mali exem  
scriptum invenisset, id nec alii moutra  
ret, nec ipse legeret, sed protinus igni  
daret.

## §. XLVI.

*Papæ Nicolai III mors.*

Rayn. 1280.  
n. 23. 24. &c.  
ex Ptol. Linc  
Bern. Guid.  
Jord. MS.

Nicolaus III vitam suam diutissime pro  
ducturus ob firmam corporis confi  
tutionem, moderationemque sui regim  
nis videbatur. Sed apoplexia tactus  
missa linguæ usu die octavo Assumptæ  
in cœlum Dēminæ Nostræ 22 Aug. 1280  
animam

animam subito efflavit Suriani prope Viterbium. Cadaver Romam delatum sepultumque fuit in sacello S. Nicolai parte templi S. Petri, quod poene integrum reaedificaverat, ornaveratque simulacris summorum Pontificum. Canonorum quoque numerum ac proventus auxerat ad incrementum divini servitii. Sed & prope templum S. Petri magnificum extruxit palatium, in quo curavit conclavia fieri pro cunctis ministris suis, praesertim pro Praefectis expiationum, qui eisdem cancellis inclusi erant. Spatiosum addidit hortum diversis arborum generibus confitum & valido cinctum muro turribus instructo.

saecul. XIII.  
A.C. 1280.

Magna hic Papa consilia destinaverat animo. Cogitaverat cum Rege Rudolpho totum Imperium quatuor in regna dividere; Germanicum posteritati hujus Principis tribuere, Viennense in Delphinatu pro dote dare Clementiae Rudolphi filiae nuptiis junctae Carolo Martello Siciliae Regis nepoti; reliqua duo inter Italos condere, in Lombardia alterum, alterum in Hetruria. Sed Papae mors haec proposita subvertit. Pontificatum *Papebr.* *conat.* gessit biennio ac novem mensibus. Post eius obitum sacra Sedes semestri spatio vacavit.